





PROLVSIO

DE

IOSEPHI ET VERSIONIS  
ALEXANDRINAE CONSENSV

QVA

AD AVDIENDAM ORATIONEM

A. D. II. AVGVSTI A. C. MDCCLXXX.

H. L. Q. S.

PROFESSIONIS PHILOSOPH. EXTRAORD.

ADEVNDAE CAVSSA

RECITANDAM

I N V I T A T

IOH. GOTTFR. SCHARFENBERG.


---

LIPSIÆ

EX OFFICINA SOMMERIA.

*H. Prof. Jaupe*









**Q**ui nostra aetate in tractandis libris sacris V. T. Critici esse haberi que volunt, fontibus variarum lectionum Codicis Hebraici annumerandam esse censent Iosephi Archaeologiam Iudaicam. Eam sententiam etsi non repudiauerim vel propter auctorum claritatem; tamen non omnino mihi satisfacere fateor, cum, quo diutius ac diligentius libros Flauianos legi et cum Hebraicis contuli, eo magis mihi intellexisse videar, maiorem illorum usum esse in interpretatione, quam re critica V. T. Quem qui nullis propemodum finibus circumscribunt, aut non vident, aut videre nolunt, Iosephum, cum non versionem librorum sacrorum, sed historiam rerum Iudaicarum componere vellet, in narrando ita se illorum auctoritati adstrinxisse, vt more historicorum περιτάσεις, quae summam rei non attingunt, mutaret sine

A



sine diffenſu vero?), non pauca quoque hauſiſſe e libris aliis, quam quos vulgo vocant Canonicos, multique locis, vbi ab Hebraeo diffidet, ſatis probabiles huius rei cauſas aſſerri poſſe, de quibus hic dicere nihil attinet. Etiamſi porro non nego, Iosephum et Hebraice doctum fuiſſe, (modo ſcientiam literarum Hebraicarum non ex opinione noſtrae aetatis?) aeſtimes) et libros Hebraicos conſuluiſſe?): tamen

1) Hinc aegre aſſentior I. D. MICHAELI V. C. in eo, quod Biblioth. Orient. T. V. p. 247. conicit, Iosephum I Sam. 11, 7. pro **וַיִּכְרְזוּ** Saulus in frustra concidit par boum legiſſe **וַיַּעֲקְרוּ** incidit nervos boum. Ut diuerſitas narrandi, quam non bene dixeris aberrationem a leſione vulgari Cod. Hebr. eo clarius ab omnibus perſpici poſſit, tranſcribam verba Iosephi integra, in quibus etiam propter hanc iſtam commutationem **περιγύραſſαν**, non propter lacunam libri Hebraici, quo ille vſus eſt, frustra quis quaerat legatos, quos Saulus cum bobus membratum dilaniatis ad omnes Iſraelitas miſiſſe dicitur I Sam. 1. 1. Sic igitur ille VI. 5. 3. **Βαλόμενος δὲ φόβῳ ζημίας τὸν λαὸν εἰς τὸν πρὸς Ἀρμυανίτας ἐπιβέβηαι πόλεμον, καὶ συνέλθεῖν αὐτῆς ὀξύτερον, ὑποτεμων τῶν αὐτῆ βῶων τὰ νεύρα, ταῦτο διαδήσσει ἠπέλησε τὰς ἀπαντῶντας, εἰ μὴ πρὸς τὸν Ἰορδάνην ὀπλιμένους κατὰ τὴν ἐπιβῆσαν ἀπαντήσωσιν ἡμέραν, καὶ ἀνελθῆσωσιν αὐτῷ καὶ Σαμὴλω τῷ προφῆτῃ, ὅτε ποτ' ἀν αὐτῆς ἀγάωσι. τῶν δὲ δι' εὐλαβειαν τῆς κατεπηγεμμένης ζημίας εἰς τὸν ὄρισμὸνον καιρὸν συνέλθοντων,** κ. τ. ε.

2) Conf. I. A. ERNESTI V. S. R. Diff. de Origene, interpretationis li-

brorum ſacrorum grammaticae auctore §. 9.

3) Iis, quae hac de re diſputarunt Viri Celeberrimi, ION. AVG. ERNESTVS Exercit. Flavian. I. de fontibus Archaeologiae §. 4. 5. et ION. DAV. MICHAELIS Biblioth. Orient. T. V. p. 221. ſl. et VII. p. 189. ſl. pauca ſed perſpicua exempla h. l. addam, plura allaturus alio tempore, ſi Deo videbitur, in Obſervationibus, quibus libros V. T. e Flau. Iosepho illuſtrare conſitui. I. 6. 5. narrat, Heranem mortuum eſſe ἐν πόλει Οὐρῆ λεγομένη τῶν Χαλδαίων, vt Moſes Gen. 11, 28. **כְּאֹר כְּשָׂרִים**. Sed LXX. ἐν τῇ χώρῃ τῶν Χαλδαίων, quam leſionem omnium librorum conſenſu confirmatam et Iosepho antiquiorum (ſiquidem Philo eam ſecutus eſt) neque mutare auſim, neque cum 16. VOSSIO de LXX. Interpret. Diſſ. p. 36. ita explicare, vt χώρα ſive χώρα non ſit nomen appellatiuum regie, ſed proprium vrbis idemque quod **Ωρ** ſive **Ωῦρ**. I. 13. 1. Deus Abrahamum iubet Iſaacum εἰς τὸ Μώριον ὄρος ἀναγαγόντα ἐλοικαυτώσαι, Gen. 22, 2. **הַר הָאֵל**. LXX. εἰς τὴν γῆν τὴν ὕλην. I. 18. 2. τῶν δὲ προτέρων (ſcilicet Φεζάτων) τὸ μὲν Ἔριον καλεῖται, μάχης ἀν τῆς αὐτοφῆσε, Gen. 26, 20. vbi LXX. pro **ἔριον**





tamen etiam hoc vsu edoctus scio, in indagandis lectionibus discre-

A 2

panti-

קָשָׁה *litam* legerunt קָשָׁה *iniuriam*.  
 Vertunt enim: ἀδικία ἢ δίκην ἔλαβον  
 (התעשקו pro התעשקו) γὰρ αὐ-  
 τόν. Ibidem commemorat puteorum  
 nomina Hebraica (v. 21. שִׁמְכָה et v.  
 22. רַהֲבוֹת), quae LXX. graece in-  
 terpretantur, ἐχθρία et εὐρυχωρία.  
 II. 6. 5. καὶ ὅτι κατὰ σκοπὸν δόξαιεν  
 ἀφ' ἧς θάψαι τὸ βασιλέως, recte explicat  
 Hebraica Gen. 42, 39. וַיִּתֵּן אֶתְנֹו  
 אֶתְנֹו, quae LXX. quasi post אֶתְנֹו  
 legitur (conf. v. 17.), red-  
 diderunt καὶ ἔδωκε ἡμῖς ἐν Φυλακῇ,  
 ὡς κατακλιπεύοντες. II. 6. 6. ἱά-  
 τρες Ἰωσήφ τοῦ Φόβου ἔχοντες τὸν  
 διατετακται Gen. 43, 18. וַיִּוְרֹאוּ  
 וַיִּוְרֹאוּ, siderunt. II. 7. 7. μετακλιπεύ-  
 σαν ἄλλος ἄλλας, clare exprimit  
 Hebraica Gen. 47, 21. הֵעִבֵר אֶתְנֹו  
 הָעָרִים, Aegyptios domicilia mutare  
 iussit, a quibus LXX. κατεδαλώσατο  
 αὐτῶν εἰς παλάτας, ita aberrarunt, vt  
 legerent לעבֵר לעבֵר. V. 2. 8.  
 βεβαδίων γὰρ ἀπέλυον οἱ γονεῖς τὴν θυ-  
 γαλέρα καὶ τῆς ἡμέρας τριβὴν ἐποιέου-  
 το, Iud. 19, 8. וְהִמְהַמְרוּ *emictati*  
*sunt*. LXX. καὶ σφραττεσον hinc σφρα-  
 ττεσθῆτι. obscure. VI. 6. 4. παρακλή-  
 μα πάντας ἴσχυον εἰς ἓνα τόπον. ἰσα-  
 τῆα δὲ καὶ αὐτὸς σὺν τῷ παιδί κατ'  
 ἄλλο μέρος, I Sam. 14, 40. לעבֵר  
 אֶתְנֹו לעבֵר אֶתְנֹו *ab una parte* —  
*ab altera parte*. LXX. e lectione inepta  
 לעבֵר bis reddiderunt εἰς δελείων.  
 Edit. Complut. e Iosepho passim inter-  
 polata, vt infra ostendam, vtroque lo-  
 co habet εἰς ἐν μέρος. VI. 14. 5. Du-  
 ces Palaestinarum cum vidissent Dau-

den cum cohorte sua, πόθεν εἰσαν  
 ἦγοντες οἱ Ἑβραῖοι, καὶ τίνων κατε-  
 σάντων, ἡρώτων τὸν βασιλέα, I  
 Sam. 29, 3. מָה הַעֲבִירִים הָאֵלֶּה  
 Sed LXX. τίνες οἱ διαπορευόμενοι  
 (Ed. Complut. παραπορευόμενοι) ἔ-  
 ττοι, leg. העֲבִירִים. VII. 7. 3. καὶ τε-  
 τραπλῆν τε ἀποτίσῃ τὴν ἀμνάδα δι-  
 καιον εἶναι, II Sam. 12, 6. — וְאֵת  
 הַכֶּכֶשֶׁה יוֹשֵׁם אֲרַבְעִיתִים  
 καὶ τὴν ἀμνάδα ἀποτίσῃ ἑπταπλα-  
 σίονα h. e. שבְּעִיתִים, scriptum.  
 Nam quod praeter Theodoretum  
 Quaest. in h. l. p. 426. ed. Hal. habet  
 Edit. Complut. τετραπλάσιον, e re-  
 censione hexaplari inrepsit, estque Theo-  
 dotionis interpretatio, vt ex Hexaplis  
 Origenianis patet. VIII. 2. 9. ἐγένε-  
 το δὲ ταῦτα ἔπειτα τῶν οἰκοδομῶν  
 τῶν ἐγκωρείων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὧν ὁ  
 Εἰραμος ἐπέμψε τεργητών, I Reg. 5,  
 32. וַיִּפְסְלוּ בְנֵי שְׁלֹמֹה וּבְנֵי הָרוֹם  
 quae LXX. inseite conuerterunt καὶ  
 ἐπελείψαν οἱ υἱοὶ (בְּנֵי) Σαλωμων  
 καὶ οἱ υἱοὶ (בְּנֵי) Χεραμ, si, vt opi-  
 nor, sana est lectio Cod. Alexandrini,  
 praeferranda certe, quia Hebraeo facilius  
 conciliari potest, ei, quae reperitur in  
 Edit. Complut. et Cat. Niceph. οἱ δὲ  
 λοι Σαλωμώντος (Cat. Nic. Σαλωμών)  
 καὶ οἱ δὲλοι Χεραμ. Glossema potius  
 haec redolere videntur, quam versio-  
 nem e diuersa librorum Hebraicorum  
 scriptura, עֲבָרֵי pro בְּנֵי, expressam.  
 IX. 10. 2. Ionas nautis interroganti-  
 bus, cuius esset et quidnam vitae gen-  
 us sequeretur, τὸ μὲν γένος ἐλεγεν  
 Ἑβραῖος εἶναι, Ion. 1, 9. עֲבָרֵי  
 עֲבָרֵי  
 Hebrae



pantibus ab Hebraeo maximopere cauendum esse, ne non tam Iosephi, quam Interpretum Alexandrinorum, quos ille secutus est, dissensum a scriptura vulgata Cod. Hebr. animaduertas, atque adeo illius auctoritate in hac emendanda abutaris 4). Quod ne temere dixisse videar, placet omnino Iosephi cum Versione Alexandrina consensum latius demonstrare atque exemplis illustrare.

Iam primum vt ostendam, Iosephum in interpretandis libris sacris secutum esse Versionem Alexandrinam, non commemorabo hoc, quod locis fere innumeris vtitur verbis, quae leguntur in ista Versione, veluti cum I. 1. 3. hortum (גן Gen. 2, 8. κήπον, vt ipse paullo post loquitur) in quo Deus collocauit homines primos Mo'e auctore, vocat παρθεύεισον, III. 7. 5. vestem sacerdotalem אפור ἐπωμίδα Exod. 28, 4. 39, 2. ibid. שחן לֹגִיוֹן Exod. 39, 8. VI. 10. 2. רשׁ inops interpretatur

Hebraeus sum. Sed LXX. δὲλος κυρία εἰμι ἐγὼ legerunt וְ עֵבֶר siue עֵבֶר הוּא iudice LVD. CAPPELLO Crit. Sacr. p. 594. et 690. ed. Hal. X. 8. 5. narrat, Nabuzardanem cepisse Saream Pontificem M. et τὸν μετ' αὐτῶ (al. αὐτὸν) ἰερέα Σοφονίαν, II Reg. 25, 18. כהן משנה sacerdotem secundum dignitate, Vicarium Pontificis M. Sed LXX. (praeter Ed. Complut. τὸν ἰερέα τὸν δευτέρου) υἱὸν τῆς δευτερώσεως h. e. בן-משנה.

4) Tale quid accidisse opinor I. D. MICHAELI, Viro Summo, cum Biblioth. Orient. T. V. p. 248. moneret, Iosephum I Sam. 15, 5. pro יורב לִיגִיָו h. e. praelium commisit, de rei summa contendit, melius legisse יורב infidias fluxu, non videns, Iosephum (VI. 7. 2. ἐνδραμας πολλὰς καὶ λοχαγὸς ἐπὶ τὸν χειμαζόμενον τιθῆσιν) vt lat. Vulgat. qui Hebr. כנחל יורב vertit tenentis infidias in torrente, sua hausisse e Versione Alexandrina, καὶ ἐνδραμασεν ἐν τῷ χειμαζόμενῳ, ideoque non

tres, sed vnum citari posse testem lectionis illius non admodum commoda, neque seriei narrationis aptae. Cur enim Saulus, cum maximas copias duceret, neque de victoria ab hostibus Dei auxilio reportanda dubitaret, milites in infidiis collocauerit? Neque Ionathan, vt Viro Summo videbatur, huic coniecturae fauet, sed interpretatione sua מַשְׁרֵי־וַיָּה וְמַשְׁרֵי־וַיָּה

et posuit castra in valle aperte confirmat lectionem vulgatam יורב (quod deducendum est a רכב, constitit in loco quodam. cf. FRID. EBERH. BOYSEN Beytraege zu einem richtigen System der Hebraeischen Philologie T. I. p. 422.) כנחל, confedit ad torrentem s. in valle. Omnino Iosephum hic non consuluisse libros Hebraicos, etiam antecedentia docent, vbi in numero (40000 pro 20000 et 30000 pro 10000) et nomine loci (ἐν Γαλγάλσις pro כַּטְלָאִים) sequitur Alexandrinos ab Hebraeo aberrantes.



tatur ταπεινός I Sam. 18, 23. VII. 1. 3. הליצה *exuviae, spolia hosti detrahita, πανοπλιαν* II Sam. 2, 21. ib. 8. 1. שממה *sola χηγεύσσα* II Sam. 13, 20. ib. 11. 8. **אם** μητρόπολις II Sam. 20, 19. VIII. 5. 2. fulcra in folio eburneo Salomonis χεῖρες I Reg. 10, 19. ib. 15, 6. הרנה *clamor ὁ στρατοῦ* I Reg. 22, 36. IX. 2. 1. בעל שער *amicus pallio hirtio δαυὶς* II Reg. 1, 8. etc. Quamquam sunt in his, quae si quis iusta auctoritate scriptorum Graecorum munierit, ex his, non e Versione Alexandrina hausta esse existimabo. Huc retulerim τὸν φακὸν τῷ ὕδατος, (צפרת הים I Sam. 26, 11. 12. 16.) quem Dauidem e castris Sauli abstulisse narrat VI. 13. 9. et κολλυβίδα ἄερε (חלת להם II Sam. 6, 19.) Dauidis iussu viritim distributam Israelitis VII. 4. 2. vbi, vt hoc obiter addam, reliqua quoque verba καὶ ἐσχαρίτην καὶ λάγανον τηγανισὸν ita repetiit e Versione Alexandrina, dissentiente ab Hebraeo, vt pro ἀπὸ τηγάνου scriberet τηγανισόν. Sed inprimis hic vrgendum esse videtur argumentum ductum ex eo, quod saepe non tam Hebraica verba, quam Graeca Alexandrinorum interpretatur. Quod qui non tenuerit, his, qui iam proferentur, multisque aliis locis haerebit, neque, quid Iosephum impulerit, vt interdum tam mira traderet, intelliget. Ab initio Archaeologiae I. 1. 1. vbi de mundo a Deo condito exponit, ταύτης (scil. γῆς) inquit, ὑπ' ὧν ἐκ ἐρχομένης, quae haud dubie expressit e verbis Alexandrinorum Gen 1, 2. ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος, והארץ היתה ריקה. recte quidem, si ἀόρατος h. l. est *inuisa, quae fugit aciem*, auctore THEODORETO, (Quaest. 5. in Gen. p. 9. ed. Hal. ἐτι δὲ ἀόρατος ἦν ἐπιμεμῆνος τῷ ὕδατος) cui addi possunt ACA-CIVS et BASILIUS Cat. Niceph. p. 11. et 13. neque, potius audiendus est SEVERVS ibid. p. 12. ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος, ἀντι τῷ ἐν αἰῶνα τῷ ὁραῖσθαι, et paucis interiectis, τὴν γῆν τὴν ἀμορφον, ἀόρατον λέγουσιν, praesertim cum vocabulum sequens **כהו**, quod sensu certe vix differt a **תהו**, iidem interpretes reddiderint ἀνατασκειώσας. III. 6. 1. Israelitae ad exstruendum tabernaculum Mosaicum conferunt ξύλα τῆς καλλιῆς ὕλης καὶ μηδὲν ὑπὸ σήψεως παθεῖν δυνατόμενα, et ibid. 8. 5. γίνεται δὲ καὶ κιβωτός τῷ θεῷ ξύλον ἰσχυρῶν τῆν φύσιν καὶ σῆψιν παθεῖν ἔδυναμένων, cum tamen Moses Exod. 25, 5. iussisset conferri עצים שטים et v. 10. fabricari (quod et factum esse docet c. 37, 1.) cistam עצים שטים h. e. e ligno cedrino optimi





optimi generis, nisi potius, quae sententia nunc multis placet, **חשבו**  
 est arbor, quae *spina nigra* siue *Arabica* atque etiam *acacia* dicitur.  
 Nempe Alexandrini his omnibus locis **חשבו צע** verterunt *ξύλα*  
*ἀσηπτα*, arborem non suo certo ac proprio vocabulo nominantes,  
 sed describentes eius naturam. Idem tenendum III. 6. 8. vbi de  
 ara, in qua incendebantur odores, exponit coll. Exod. 37. 25. VI.  
 8. 2. narrat, Saulum inuasisse *πάδη τινά καὶ δαιμόνια, πνεύμας αὐ-*  
*τῶ καὶ τραγγάλας ἐπιφέροντα*, morbum nescio quem effingens e  
 verbis Alexandrinorum I Sam. 16. 14. *ἔπνευγεν αὐτὸν (כנהת) πνεύ-*  
*μα πονηρὸν περὶ καρδίας σου*, et v. 15. *πνεῦμα καρδίας πονηρὸν πνίγει σε,*  
**כנהת**, quod equidem praeceunte Int. Vulgat. verterim, *exagitat te*.  
 Neque paucis profecto locis, quibus propius ad Hebraeum accedit,  
 sic assentitur Alexandrinis, vt appareat, interpretationes verborum  
 Hebraicorum ab eo prolatas e *Versione Graeca* natas esse, veluti I.  
 19. 8. *γίνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς Ζελφῆς υἱὸς Γάδδαι, τυχεῖον (fortuna-*  
*rum) ἂν τις καλέσειεν αὐτόν*. Alexandrini enim rati, **ג** Gen.  
 30. 11. esse nomen numinis apud Syros culti, cuius mentio  
 fit Ies. 65. 11. *Ἄγαθὴν Τύχην* Graeci, Fortunam Bonam siue  
 Primigeniam Romani vocabant, si fides habenda est IOH. SEL-  
 DENO de Diis Syris Syntagm. I. c. 1. p. 76. ed. Lipsf. **ג**  
 Gen. 1. 1. reddiderunt *ἐν τύχῃ* h. e. *feliciter*, vt Int. Vulgat.  
 vertit, quasi *Lea* quod bonum felix faustumque fit genito in votis  
 habuerit. Quam interpretationem etsi acriter defendit is, quem  
 modo laudavi, SELDENVS; tamen locus Gen. 49. 19. repudiat,  
 nisi forte dixeris, Iacobum et Leam non consensisse inter se de ori-  
 gine nominis, aut Iacobum lenius interpretatum esse nomen a nu-  
 mine barbaro ductum. VII. 14. 4. Dauides videns Adoniam affe-  
 ctare regnum, *ἐν ἐπέπληγτεν, ἔδ' ἐπειχεν αὐτὸν τῆς προαιρέσεως,*  
*eum non deterruit a proposito*, quia Alexandrini I Reg. 1. 6. Hebr.  
**כעצב**, quae vulgo vertunt *non affecit eum dolore*, interpretan-  
 tur *καὶ ἐν ἀπεκόλωσεν αὐτόν*, verbo **עצב** tribuentes notionem *con-*  
*stringendi, cohibendi*, de qua vide late disputantem ALB. SCHUL-  
 TENSIVM de defectibus hodiernis linguae Hebr. p. 379. f. Sed  
 quoniam his locis fere omnibus, etsi vage expressit verba Hebraica,  
 contentus, utcumque sensum reddidisse, tamen magni erroris ac-  
 culari non potest; paucis etiam ostendendum est, eum in imitanda  
 Versio-



Versione Alexandrina tam longe progressum esse, vt non raro probaret interpretationes prauas, neque vilo modo probandas. II. 5. 4. narrat, Iosephum in vincula coniectum fuisse ὑπὸ Πετεφρῆ τῷ ἐπὶ τῶν μαγείρων, quem hominem etiam antea c. 4. 1. sic descripsit: Πετεφρῆς, ἀνὴρ Αἰγύπτιος, ἐπὶ τῶν Φαραώδε μαγείρων τῷ βασιλέως. In quo quin ei non inciticia linguae Hebraicae fraudi fuerit, sed vocabulum ὁ ἀρχιμαγείρος, quo Alexandrini in conuertendo Hebr. מִשְׁכֵּט הַשָּׂרִי vñ sunt Gen. 37. 36. 39. 1. 41. 12. loco alieno (nam מִשְׁכֵּט hic sunt *satellites*, non *coqui*) non dubito propterea, quod X. 10. 3. vbi suoapte ingenio interpretatur Chaldaica מִשְׁכֵּט הַשָּׂרִי Dan. 2. 14. Atriochum recte appellat τὸν τὴν ἐπὶ τῶν σωματοφυλάκων τῷ βασιλέως ἀρχὴν πεπιστευμένον, magistrum satellitum regis, et ibid. 8. 5. Nabuzardanem מִשְׁכֵּט הַשָּׂרִי II Reg. 25. 8. στρατηγόν, ducem exercitus, quorum vterque, si Versioni Alexandrinae credimus, fuit ἀρχιμαγείρος. VIII. 2. 5. dicit, Salomonem a Deo ornatum fuisse tanta sapientia, ὥστε τὸς ἀρχαίους ὑπερβάλλεν ἀνθρώπους, ne verbis quidem dissentiens ab Alexandrinis III Reg. 4. 30. (Hebr. I Reg. 5. 10.) in vitiosa interpretatione Hebr. כְּנִי-קָרַם h. e. non omnino *Orientalium*, vt Int. Vulgat. vertit, sed *Chaldaeorum* cf. Gen. 29. 1. et Ioseph. A. I. I. 19. 4. qui antiquissimis temporibus non minus sapientiae laude florebant, quam Aegyptii statim post commemorati. Sicut autem hic errori locum dedit vocabulum קָרַם, quod non solum *orientem*, sed etiam *antiquitatem* significat, ita etiam ambiguitas nominis יָשָׁר, quod et *pinguedinem* et *cinerem* notat, atque haud dubie hoc, non illo, sensu accipiendum est cum Int. Vulgat. I Reg. 13. 3. fecit, vt Iosephus, dum VIII. 8. 5. prophetam (*Iadonem*, si vera tradit) sic loquentem inducit: βασιλεύσει τὸ θυσιάζηριον παραχρηῖμα καὶ πᾶσα ἡ ἐπ' αὐτῷ πικρὰ τῶν ἱερῶν ἐπὶ γῆν χυθήσεται, נִסְפָּר הַדָּשָׁן אֲשֶׁר עָלָיו, cinerem mutaret in adipem victimarum חֶלֶב, commotus auctoritate Vers. Alexandrinae, ἐκχυθήσεται ἡ πίστις ἡ ἐπ' αὐτῷ. Non dissimilem huic errorem animaduerti IX. 4. 6. vbi Elifaeus Hazaeli dicit: ἀποκτενεῖς γὰρ αὐτῶν τὸς ἀρίστους, optimos siue principes *Israëliitarum*. Nam vel sequentia II Reg. 8. 12. *infantes eorum affliges solo, et feminas grauidas dirumpes* h. e. tanta erit tua crudelitas, vt nec aetati infirmae, nec imbelli parcas, satis docent, כְּחֹרִים esse *iuuenes aetatis militaris*,

et



et Alexandrinos, quos ille secutus est, h. l. non bene expressisse notionem primam verbi כּוּרֵךְ *electus*, cum Hebraica כּוּרֵךְ הוּרֵךְ הוּרֵךְ redderent, τὸς ἐκλεκτὸς αὐτῶν ἐν βομφαλα ἀποντενεῖς. Qui familiaritatem aliquam cum Versione Alexandrina contraxerunt, non ignorant, auctores eius admodum frequenter ita lapsos esse, vt nomina, quae Grammaticorum consuetudo vocat *propria* et *appellativa*, permiscerent. Quod quidem eorum exemplum, et si vituperatione potius quam laude dignum, Iosephus sibi sic imitandum esse censuit, vt inductus verbis Graecis ἐπ' ἀκρῆ τῆ βενῆ I Sam. 14, 2. vbi Hebraicum habet כּצַח הַנְּבֵחַ בּכַצַּח in extrema parte Gibeae vrbis, narraret VI. 6. 2. Saulum commoratum esse ἐπὶ βενῆ ὑψηλῆ, et ib. 12. 4. eundem conuocasse amicos ἐπὶ τὸν βενὸν I Sam. 22, 6. כּנְבֵחַ לXX. ἐν τῷ βενῶ, quo loco etiam, vt infra c. 14. §. 8. coll. I Sam. 31, 13. praeuentibus Alexandrinis arborem לְשׁוֹן conuertit in locum, qui appellatus sit Ἀρσρα (τόπος δὲ ἦν τις ἕτω προσαγορευόμενος). Conf. I. D. MICHAELIS V. C. Biblioth. Orient. T. VII. p. 200. et 206. Hic non repetam, quod dudum monuerunt IOH. CLERICVS Comment. ad I Sam. 25, 3. et I. D. MICHAELIS V. C. l. l. p. 202. quam ridiculo errore e Nabale *Calebita* (I Sam. 25, 3. כּלְבִי oriundus a *Calebo*) fecerit *Cynicum* VI. 13. 6. his verbis vsus. ἦν δὲ Νάβαλος — σκληρὸς καὶ πονηρὸς τοῖς ἐπιτηδεύμασιν, ἐν κυνικῆς ἀσκήσεως πεποιημένος τὸν βίον, sed, vt omnino consensus eius cum Alexandrinis eo magis appareat, tantummodo verba horum interpretum integra addam: καὶ ὁ ἀνθρώπος σκληρὸς καὶ πονηρὸς ἐν ἐπιτηδεύμασι, καὶ ὁ ἀνθρώπος κυνικός. Notavi etiam locum, vbi, si quid video, παραίσασιν narrationis effinxit e lectione Versionis Alexandrinae vitio<sup>2</sup>, de qua, quia pertinet ad permutationem nominum priorum et appellatiuorum, h. l. pauca dicere non alienum erit ab instituti ratione. Iosephi verba VII. 1. 3. ὁ δὲ τῆ Σαῦλα μὲν ἀρχιστρατήγος Ἀβένηρος, Νῆγε δὲ παῖς, — ἐπεχθεις εἰς τὴν παρεμβολὴν (his nihil respondet in Hebraeo II Sam. 2, 8.) καὶ τὸν περιλειπόμενον ἐξ ἀρπάσας υἱὸν αὐτῆ, Ἰεβοσθος δ' ἐκαλεῖτο, διαβιβάζει πρὸς τὸς περὶ τῆ Ἰορδάνε, expressa sunt e Versione Alexandrina, καὶ Ἀβηνῆ υἱὸς Νῆγε ἀρχιστρατήγος τῆ Σαῦλ ἔλαβε τὸν Ἰεβοσθῆ υἱὸν Σαῦλ καὶ ἀνεβίβασεν (rectius Ed. Complut. διεβίβασεν. hoc enim est ἰεροῦ ἰεβὲρ ἰου) αὐτὸν ἐν τῆς παρεμβολῆς εἰς Μαναῆμ, cuius auctores, fi



si sana sunt verba vltima, legerint necesse est, ויעכיררו מפתנה מותנים.  
 Ego vero, cui nihil tale suspicari in mentem venit, opinor, illos scri-  
 plisse διεβίβασεν αὐτὸν εἰς Μανναίμ, vt nunc legitur in Hebraeo, et  
 verba ἐκ τῆς παρεμβολῆς, quibus admonitus Iosephus fingit, Abne-  
 rem, ὡς ἔγωω πεσόντα τὸν βασιλέα καὶ τὸν Ἰωνάθην καὶ τὰς δύο τὰς  
 ἄλλας αὐτῆ παύδας, properasse in castra, atque ex iis abduxisse  
 Isbofethum, aliunde huc migrasse, forsan e v. 12. vbi Ed. Complut.  
 dissentiens a scriptura vulgata ἐκ Μανναίμ siue Μανναίμ (מפתנה)  
 habet ἐκ παρεμβολῆς. Quocunque modo vitiatam esse Versionem  
 Alexandrinam, docet dissensus librorum, in quorum nonnullis (Ed.  
 Complut. et Cod. Alexandr.) lectio genuina εἰς Μανναίμ a glossema-  
 te ἐκ τῆς παρεμβολῆς loco pulsa videtur. Vt fatietati lectorum me-  
 deat, non addam plura, quae in promptu sunt, huius rei exempla,  
 neque iam commemorabo, me vidisse, Iosephum passim haerentem  
 in explicandis libris sacris, praeter interpretationem vulgarem ex-  
 pressisse id, quod inest verbis Hebraicis ex opinione Alexandrino-  
 rum, sed paucis tantum locis ostendam, eum non raro in fraudem  
 illectum esse ab Interpretibus Graecis in eruenda origine vocum  
 Hebraicarum lapsis. V. 8. 12. Sim'ōn puero, a quo ducebatur, au-  
 ctor est, vt se propius admoueat columnis, προσαναπαύσασθαι  
 χεῖρην εἰπὼν ὑπο κόπε, quia Alexandrini Iud. 16, 26. הניחה אותי  
 me misum fac (a יניח, misit, vt vidit Interpres ignotus, cuius  
 verba ἄφες με irreplerunt in Edit. Romanam) male reddiderunt  
 ἐπανόπισσόν με δὴ h. e. הניחה a נוח quiescere. VI. 14. 7. Saulus  
 se ab armigero gladio transfigi iubet, cum ipse hoc facere non pos-  
 set, πολλὰ τραύματα λαβὼν, affectus multis vulneribus, quorum ve-  
 stigia Alexandrini et hos secutus Int. Vulgat. (hic enim vertit et vul-  
 neratus est, illi καὶ ἐτραυματίσθη) impressa videbant verbo ונקח  
 I Sam. 31, 3, quod non, vt illi opinabantur, deducendum est a  
 ונקח vulneravit, sed, vt iubent sequentia מאר מהמורים, חול  
 hoc sensu: valde sibi timuit a sagittariis.

Quod si Iosephus in interpretandis libris sacris sic se contulit  
 ad auctoritatem Interpretum Alexandrinorum, vt interdum meliora  
 videns deteriora probaret, apparet, nisi fallor, quid eum impulerit,  
 vt eosdem duces secutus frequenter a lectione vulgata exempli He-  
 braici



braici aberraret. Nam qui Iosephum in libros Hebraicos incidisse putant similes illis, quibus vsi sunt Interpretes Alexandrini, atque adeo illius consensum cum Versione Alexandrina iactant, et magni ponderis in constituenda lectione esse censent, mihi quidem non minus errare videntur, quam LVD. CAPPELLVS, qui, cum non ignoraret, Hieronymum in libris V. T. Hebraicis in Latinum conuertendis consuluisse, et multis locis secutum esse Versiones Graecas ab Hebraeo dissentientes, tamen ex illa Versione Latina eruebat lectiones a scriptura vulgata Cod. Hebr. discrepantes, quarum longe maxima pars Interpretibus Graecis tribuenda erat. Sed iam exemplis docendum est, Iosephum in lectione plurium locorum cum Versione Alexandrina consentire contra libros Hebraicos, neque solum in singulis verbis, sed etiam integris sententiis. I. 12. 3. narrat, Hagaram ὅπ' ἐλάτῃ τῆν posuisse Ismaelem puerum: in quo eum crederem suo more περιζωσσω narrationis ita mutasse, vt pro vocabulo generis (*arbor*) substitueret vocabulum formae (*abies*), nisi Alexandrini Gen. 21, 15. הַחַת אֶחָד הַשִּׁיחִים (Int. Vulgat. *subter unam arborem*) reddidissent ὑποκάτω μίως ἐλάτης, haud dubie ex alia lectione. Nam supra c. 2, 5. Πῶς vertunt χλωρὸν, *herbam, plantam*. Constantia quidem horum interpretum, caeteroqui presse sequentium Hebraica, me non dubitare iubet, quin in libro suo Hebraico vere inuenerint nomen certae arboris, non omnino arborum, vtrum בְּרִישׁ, cui alibi respondet ἐλάτῃ, an aliud, definire non ausim. V. 2. 8. quod Leuita dicit, *se πρὸς αὐτὸν ἀπεῖναι, domum redire s. patriam repetere*, expressum est e Versione Alexandrina, καὶ εἰς τὸν οἶκόν μου ἐγὼ πορεύσομαι siue ἀποτρέξω, ita dissentiente a nostris libris Hebraicis Iud. 19, 18. vt illius auctores legisse videantur, אֶל-בֵּיתִי אֲנִי הֵלֵךְ, clarius certe et antecedentibus aptius, quam אֶת-בֵּית יְהוָה אֲנִי הֵלֵךְ, in quibus explicandis interpretes vehementer se torquent. VI. 6. 3. Saulus iubet Achian Pontificem Μ. λαβόντα τὴν ἀρχιερατικὴν σὺλῆν, προσήτευεν αὐτῷ περὶ τῶν μελλόντων, quia Alexandrini I Sam. 14, 18. cum pro הַנִּשְׂחָה הַגִּישָׁה אֶת-הַאֲרוֹחַ offer cistam sacram, in suis libris scriptum reperissent הַנִּשְׂחָה הַגִּישָׁה, verterunt προσάγαγε τὸ ἔφεδ, nisi quis forte dixerit, Versionem Alexandrinam hic interpolatam esse e loco simili c. 30, 7. quocum confer Iosephum VI. 14. 6. vt in sequentibus certe verbis inter-



interpolationis e v. 3. argui potest. Ibid. 11. 9. Sauls maledicta congerens in Jonathanem filium ἐξ αὐτομόλων γεγεννημένον καὶ πολέμιον ἀπειλίη, καὶ κωωνόν τῷ Δαυίδῃ καὶ συνεργόν ἔλεγε. Haec qui cruerit e verbis Hebraicis I Sam. 20, 30. בֶּן-נָעוּת הַמְרִדוֹת בֶּן-יִשָׁי הָלוּא יִדְעֵתִי כִי-בָחַר אֲתָהּ לְבֶן-יִשָׁי ὁ filii perverse contumax non ignoro, te amare filium Isaii, erit mihi magnus Apollo. Sed illud responsum Iosepho dedit oraculum, quod suo more confulebat, Versio Alexandrina, cuius verba σὺ κατασίω αὐτομολέντων, (ancillarum fugitiuarum) ἔ γὰρ οἶδα ὅτι μέτοχος (socius) εἶ σύ τῷ υἱῷ Ἰεσσαί, expressa sunt ex hac, si recte coniicio, lectione: בֶּן-נָעוּת הַמְרִדוֹת בֶּן-יִשָׁי IX. 6. 3. Ioramus rex Israē-

litarum sagitta perfossus statim πεσὼν ἐπὶ γόνυ expirauit, non vt auctor secundi libri Regum 9, 24. dicit βίωσεν ἐν κούρῳ, quem presse secutus est Int. Vulgat. corruit in curru suo, sed vt Alexandrini, qui pro βίωσεν legerunt ἐκείνην in genua sua. Vertunt enim καταβῆσθαι ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ, procidit in genua. Ibid. §. 4. Iehus rex Israelitarum sublatis ad Iezabelam oculis ἐπευθάνετο τὸ εἶναι, καὶ καταβῆσθαι ἡμῶν πρὸς αὐτὸν ἐκέλευσε. Haec nullo modo respondent Hebraeo II Reg. 9, 32. vbi Iehus interrogat aulicos, qui Iezabelae praesto erant in regia, τίς ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἔστη ἐνώπιόν σου; quis vestrum mecum facit? quis? quis mihi fauet? sed Versioni Alexandrinae sic, vt singula ad eo verba a Iosepho hinc repetita esse appareat. Si enim hanc sequimur, τίς εἶ σύ; καταβῆσθαι πρὸς μέ (sic legendum opinor ex Edit. Complut. pro μὲ ἐμῶ, quod habent libri reliqui ortum e scriptura vulgata Cod. Hebr. אֲנִי) Iehus dixit Iezabelae: τίς ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἔστη ἐνώπιόν σου;

Huc quoque praeter multa alia, quae nunc non est proferendi locus, retuleri τὴν θυρωρὸν — εἰς ὑπνόν καταπεσῶσαν VII. 2. 1. cuius non libri Hebraici, sed Interpretes Alexandrini mentionem faciunt II Sam. 4, 6. καὶ ἰδὲ ἡ θυρωρὸς τῶ οἴκου — ἐνύσταξε καὶ ἐκείνην, vbi quam secuti sint lectionem, alii me peritiores viderint. Ea quidem coniectura, quam HVBIGANTVS proposuit, mihi non satisfacit, neque ipse meliorem in huius locum substituere ausim. Restat, vt aberrationis ab interpunctione vulgata Cod. Hebr. exempla quaedam insigniora commemorem. VI. 4. 1. ὁ δὲ Σάβελος παρατῶ προφήτη συν τῷ θεράποντι κατεκοιμήθη. §. 2. Ἄμα δὲ ἡμέρας Σαμῆ-



Σαμεήλιος ἀναστήσας αὐτὸν ἐν τῆς κοιτῆς, πρῶτεμψε. Quam nar-  
 rationem si quis contulerit cum Hebraicis I Sam. 9, 25. עִירְכָר  
 עִם-שָׂאוּל עַל-הַגִּבּוֹן: וַיִּשְׁכְּמוּ וַיְהִי כַעֲלוֹת הַשָּׁחַר וַיִּקְרָא שְׂמוֹאֵל  
 אֶל-שָׂאוּל הַגִּבּוֹן לֵאמֹר קוּמָה וְהִלָּחֵץ וְגו' et Graecis Alexandrino-  
 rum v. 25. καὶ διέφρασαν τῷ Σαὺλ ἐπὶ τῷ δώματι, καὶ ἐνομήθη.  
 v. 26. Καὶ ἐγένετο ὡς ἀνέβαινε ὁ δευτερος, καὶ ἐκόλλησε Σαμεὴλ τὸν  
 Σαὺλ ἐπὶ τῷ δώματι λέγων, ἀνάστα, καὶ ἐξαποσελῶ σε, facile in-  
 telliget, Iosephum hos secutum esse, ita hunc locum interpretatos,  
 vt non solum pro וַיִּשְׁכְּמוּ, et mane surrexerunt Samuel et Saulus, le-  
 gerent וַיִּשְׁכָּב et dormiuit Saulus, sed etiam hoc verbo ad v. 25. re-  
 lato initium v. 26. facerent a sequentibus כַּעֲלוֹת הַשָּׁחַר primo  
 autem diluculo. De reliquo eorum dissensu ab Hebraeo vid. L. V. D.  
 CAPELLI Critic. Sacr. p. 696. ed. Hal. Ibid. 5. 1. narrat, *mensē*  
 (μηνὶ δ' ὕστερον) post, quam Saulus creatus esset rex, Nahasum re-  
 gem Ammonitarum bellum intulisse Israëlitis trans Iordanem habi-  
 tantibus, quod haud dubie mirum videbitur libros Hebraicos I Sam.  
 11, 1. consulentibus. Sed non est, quod mireris, Nam Alexan-  
 drini, qui h. l. sic reddiderunt: καὶ ἐγενήθη ὡς μετὰ μῆνα, καὶ ἀν-  
 ἔβη Νάσος ὁ Ἀμμωνίτης, verba vltima v. 27. Cap. X. וַיְהִי כַּחֲרִישׁ  
 Saulus vero dissimulabat se audire, iunxerunt v. 1. Cap. XI. ita tamen  
 immutata, vt pro כַּחֲרִישׁ legerent כַּחֲרִישׁ fere post mensē. His-  
 dem quoque ducibus Iosephum VIII. 2. 1. traduxisse hemistichium  
 alterum v. 46. cap. 2. libri I Regum ad v. 1. cap. 3. et ibid. 13. 8.  
 collocasse cap. 21. libri I Regum ante cap. 20. reperient, quibus  
 Versionem Alexandrinam conferre placuerit. Quod vt recte fiat,  
 priori quidem loco adeundum est exemplar Grabianum vel Breitin-  
 gerianum e Cod. Alexandrino ductum (in reliquis enim, veluti Ro-  
 manum, hic omnia mirum in modum turbata sunt), posteriori Ro-  
 manum, in quo h. l. certe diuisio capitum nondum accommodata  
 est ordini Cod. Hebr. vt in iis, quae ex Origeniana recensione flu-  
 xerunt. Conf. not. B. MONTFALCONII ad Hexapl. Origen. T.  
 I. p. 367. Accedamus iam ad vltimam disputationis nostrae par-  
 tem, in qua exponendum est de Iosephi cum Versione Alexan-  
 drina consensu in iis, quae nunc certe non exstant in libris Hebraicis,  
 siue in his olim lecta iniuria temporum neglecta et perperita  
 sint, siue in Versionem Alexandrinam aliunde illata. Prioris  
 quidem



quidem generis exempla haec sunt. VI. 4. 5. vbi narrat, quare Saulus constitutus sit rex Israelitarum, ταύτης δὲ, inquit, κληρωθείσης (cum gens Beniaminitarum sorte lecta esset) ἔλαχεν ἡ Ματρίς καλουμένη πατριὰ, ἧς κατ' ἄνδρα κληρωθείσης λαγχάνει ὁ Κίστε βασιλεύειν παῖς Σαῦλος. Verbis ἧς κατ' ἄνδρα κληρωθείσης nihil respondet in exemplis Hebraicis, quae nos vsurpamus, I Sam. 10, 21. Sed Alexandrini, quos secutus est Iosephus, addunt: καὶ προσάγουσιν τὴν Φυλὴν (immo πατριάν, quod paullo ante habet Edit. Complut.) Ματταρὶ εἰς ἄνδρας, ita vt post מטרי legisse videantur haec: מטרות לנכרים — ויקרב את — et accedere iussit familiam Matridarum viris, vel si malis, ויקרבו, adducta est familia etc. hoc consilio, vt fortiretur. Vt eorum opinionem, qui haec vel alia huiuscemodi verba e libris Hebraicis excidisse putant, non repudiandam esse censeam, adducor loco simili Ios. 7, 17. Quae leguntur VI. 1. 1. τὰ δ' ἐπὶ τῆς χώρας μῶν πλήθος ἀνελεθὲν ἀπὸ τῆς γῆς, κατέβλαψεν μήτε φυτῶν, μήτε καρπῶν ἀποσχόμενον, quin expresserit e verbis Alexandrinorum I Sam. 5, 6. καὶ μέσον τῆς χώρας αὐτῆς ἀνεφύησαν μύες, plane non dubito. Sed illud dubitari posse video, an hic in exemplis Hebraicis libroriorum negligentia praetermissa sint verba nonnulla, HVBIGANTO auctore, ope Versionis Vulgatae restituenda. Nam c. 6, 1. qui locus HVBIGANTO non suspectus erat, iidem interpretes, praeter Hebraicum addunt: καὶ ἐξέρεσαν ἡ γῆ αὐτῶν μύες et agri eorum protulerunt magna copia mures, haud dubie propterea, quod paullo post (v. 5.) sacerdotes et diuinatores principibus Palaestinarum auctores sunt, vt iubeant fabricari simulacra murium חתחתים את הארץ qui depopulati erant agros. Neque minus haerere quis potest in verbis III. 12. 6. τρίτον δὲ σημάωντος, τὸ κατὰ λίβρα τετραμμένον τῶν ἐσοτηριῶν μέρος ἐκνεύτο· καὶ τέταρτον, τὸ κατὰ βορρᾶν, quae, si assentiaris BERNARDO ad h. l. p. 187. ed. Hauerc. confirmant lectionem LXX. Intt. ego vero dixerim, efficta esse e Versione Graeca Num. 10, 6. καὶ σαλπιάτες σημάσιον τρίτην, καὶ ἐξαρεῖσιν αἱ παρεμβολαὶ αἱ παρεμβάλλουσαι παρὰ θάλασσαν· καὶ σαλπιάτες σημάσιον τέταρτην, καὶ ἐξαρεῖσιν αἱ παρεμβολαὶ αἱ παρεμβάλλουσαι παρὰ βορρᾶν, etsi fateor, mihi non displicere id quod HVBIGANTVS ad h. l. icite conicit, similitudinem verborum התקעתם תרועתי  
 B 3 ali



aliquoties repetitorum locum dedisse praetermissiōni integri fere hemistichii in Codd. non solum Hebraicis, sed etiam Samaritanis. Huc quoque referendum esse videtur, quod VI. 6. 3. Saulus γενομένων ὡς μυρίων ἤδη τῶν Ἑβραίων persequitur Palaestinos, auctoribus Alexandrinis, qui I Sam. 14. sub finem v. 23. addunt: καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἦν μετὰ Σαὺλ ὡς δέκα χιλιάδες ἀνδρῶν, et VII. 8. 2. Dauides certior factus de stupro ab Amnone illato Thamarae, quamvis iratus, tamen Φιλῶν τὸν Ἀμνῶνα σφόδρα, πρεσβυτάτος γὰρ ἦν υἱὸς αὐτῶ, μὴ λυπεῖν αὐτὸν ἠναγκάσθητο, quae totidem propemodum verbis expressa leguntur in Versione Alexandrina II Sam. 13, 21. καὶ ἐκ ἐλύπησε τὸ πνεῦμα Ἀμνῶν τὸ υἱὸς αὐτῆ, ὅτι ἠγάπα αὐτὸν, ὅτι πρεσβυτάτος αὐτῆ ἦν, atque, si HNBIGANTVS verum vidit, ducta sunt e libris Hebraicis plenioribus eo, qui ad nostram aetatem peruenit. Verum ista disputatio non est huius loci, quo non fontem aberrationum Versionis Alexandrinae ab Hebraeo, sed Iosephi cum illa consensum demonstrare instituimus. Quare nunc quidem mihi non liquere dixerim, liberum peritis arbitrium de origine harum adiunctionum permittendum. Illud vero haud cunctanter affirmaverim, Iosephum quamplurimis locis, ubi secutus Versionem Alexandrinam, profert quae absunt ab exemplis Hebraicis, expressisse ea, quae istius versionis auctoresne dicam, an interpolatores, sua sponte adaspererunt, ut aut res aut verba illustrarent. Glossema ad interpretationem singulorum verborum spectans animaduerti I. 11. 5. quo loco postquam narravit Loti filiam natu maiorem peperisse Μωάβον, addit: ἔπει δ' ἂν τις ἀπὸ πατρὸς, et statim post, natu minor enixa est Ἀμμωνον· γένες υἱὸν ὑποσημαίνει τὸ ὄνομα. Vtrumque haesit e Versione Alexandrina, in qua praeter Hebraeum Gen. 19, 37. legitur: λέγεσα, ἐκ τῆ πατρὸς με et v. 38. λέγεσα, υἱὸς γένες με. V. 1. 5. Iosua dicit, Iraelitas expugnatos esse Hierichuntem, muris corruentibus αὐτομάτως καὶ δίχα τῆ πόνα τῆ σφετέρη, quibus verbis Iosephus haud dubie latius explicauit αὐτόματα, glossema Versionis Alexandrinae obelo, ut par est, notatum in exemplo Grabiano Ios. 6, 4. (Hebr. 5.) MONTEFALCONIVM enim errasse, cum diceret αὐτόματα esse interpretationem vocis חרבה, cui tamen ne loco quidem respondet, alibi ostendam. Quemadmodum autem hic probauit additamentum, quod etfi series totius narrationis



nis peperit, tamen, quia orationem illustrat, ferri utcumque potest, ita etiam auctoritas Alexandrinorum eum impulit, ut interdum narrationi adspargeret sententias, quae ex ingenio istorum interpretum natae venustate atque urbanitate se non commendant. Certe miratus sum, cum viderem VI. 9. 4. Goliatho interroganti: μή αὐτὸν ἀντὶ ἀνδρώπε κίνα εἶναι δοκεῖ; Dauidem, nescio quam scite, respondere: ἐχὶ τοῖστων, ἀλλὰ καὶ χεῖρα κυνὸς αὐτὸν νομίζεν: quae quin hausta sint e Versione Alexandrina I Sam. 17, 43. καὶ εἶπε Δαυὶδ, ἐχὶ, ἀλλ' ἢ (Edit. Ald. ἀλλὰ) χεῖρων κυνός, quis dubitet. Nam in Hebraeo Dauides hic prorsus tacet. Huic nescio an adiciam quod VII. 4. 3. Michala adstans Dauidi, postquam cistam sacram deduxerat Hierosolymas, domum redeunti, τότε ἀλλὰ αὐτῷ κατήχετο, καὶ παρά τῶ θεῷ γνώσθαι ἤτοι πάνθ' ὅσα παρασχέει αὐτῷ δυνατόν, εὐμενέσ τε γυγχαίνοντι, etsi statim post eum neglectae dignitatis regiae arguit. Saltem non libri Hebraici II Sam. 6, 20. coll. I Chron. 15, 29. in quibus hic nullam lacunam videbat IN VBI-  
CANT sagacitas, sed Alexandrini Iosepho materiam istarum precum suppeditarunt. Hi enim, quasi ante ותאמר legissent ותברכהו, (quamquam suspicari malim, hoc ex antecedentibus לברך את-ביתו, ut bene precaretur familiae suae repetitum esse) h. l. interpretati sunt: καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν, καὶ εἶπε. mire profecto. Nam ego quidem ותברכהו verterem bene precata est ei hunc in modum, ut Gen. 27, 27. ויברכהו ויאמר Isacus Iacobo bene precatus est his verbis usus, quam interpretationem verba, quae h. l. sequuntur, prorsus repudiant. Sed hoc, quem modo monstravi, multo vberior fons humani additamentorum fuit similitudo qualiscunque locorum, qua inducitur Versionis Alexandrinae vel auctores vel interpolatores orationem exornare studuerunt iis, quae alibi legerant, Iosepho haec quoque in re eorum vestigiis insistente. Hinc videas VI. 4. 2. Samuelem, postquam oleo perfuderat caput Sauli, eumque salutauerat regem a Deo constitutum, addere: ἐπὶ Παλαιστίνης τε καὶ τῆν ὑπὲρ Ἐβραίων ἀμυναν. τέττον δ' ἔσται σοι σημεῖον κ. τ. ε. quibus I Sam. 10, 1. in Hebraeo nihil, sed in Versione Alexandrina respondent verba, καὶ σὺ ἀρξῆσαι ἐν λαῷ κυρίε καὶ σὺ σώσεις αὐτὸν ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν αὐτῶ. καὶ τέτό σοι τὸ σημεῖον, ὅτι ἔχρισέ σε κύριος, ducta  
maxi-



maxima ex parte e c. 9, 16. 17. Qua porro re Iosephum adductum fuisse credamus, vt V. i. 8. vbi exponit de excidio Hierichuntis et diris, quas Iofua imprecatus est hanc urbem olim instauraturis, scriberet: τῆς δὲ ἀράς τὸ θεῖον ἐκ ἡμέλησεν, nisi in Versione Graeca Ios. 6, 26. legisset versum integrum huc traductum e I Reg. 16, 34. Certe Hebraeum aequè minus eum huius rei admonebat, atque illius, quam loco alieno, vt ipse profitetur, narrat VII. 5, 3. ἀς (arma aurea detracta satellitibus Hadadezeris regis Syriae) ὑπερον ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς Σάσακος, στρατεύσας ἐπὶ τὸν ὕψανόν αὐτῆ Ῥοβόαμον ἔλαβε, secutus Versionem Alexandrinam II Sam. 8, 7. interpolatam e I Reg. 14, 25. 26. quam inepte, sentient, qui vtrumque locum cum I Reg. 10, 16. 17. diligenter contulerint. His denique annumerauerim quod V. 2. 8. Leuita cadaver pinglicis stupratae dissectum in duodecim partes misisse dicitur ad singulas gentes Israelitarum, ἐντεταμένους τοῖς κομίζεσι λέγειν τὰς αἰτίας τῆς τελευτῆς γυναικὶ καὶ τὴν βίαν ταῖς θυγαῖς. De his mandatis legatorum etsi nihil diferte tradit Cod. Hebr. Iud. 19, 29. 30. tamen dubitare nos non finit series totius narrationis, neque ii dubitarunt, qui Versioni Graecae inferuerunt v. 30. medio verba haec: καὶ ἐνετείλατο τοῖς ἀνδράσιν, οἷς ἐξαπέστειλε, λέγων· τὰδε εἰρήτε πρὸς πάντα ἀνδρὰς Ἰσραὴλ· εἰ γέγονε κατὰ τὸ εἶμαι τὲτο ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἀναβάσεως ὕψαν Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης; inuitati, vt opinor, similitudine locorum Gen. 32, 5. I Sam. 11, 7. etc. Nam non ipsos Alexandrinos, qui, quae leguntur in Hebraeo ab initio v. 30. satis diligenter expresserant, versioni suae assuisse pannos illos loco tam alieno, nemini obscurum esse poterit exempla Graeca, quorum nonnulla v. c. Romanum, his verbis carent, vel obiter insipienti. Sed a quocunque demum profectum sit illud additamentum, Iosephus certe hic, vt innumeris aliis locis, amice conspiratum cum Versione Alexandrina, id quod hac disputatione planum me fecisse arbitror.

Est et alius Iosephi cum Versione Alexandrina consensus, de quo admonendi sunt lectores, ne, quae hactenus disserui, tiro-nibus, si forsan inciderint in exempla parum castigata, veluti  
Iti.



Ittigianum, occasionem dent erroris a peritis merito ridendi. Dum est, cum viri docti obseruarunt, Iosephi contextum in libris cum manu scriptis, tum editis ad Versionem Alexandrinam refectum esse. Quam corruptelam cum intellexissem inprimis nomina hominum locorumque propria nec non numeros inuasisse, quibus omnino nihil magis corruptum esse in libris antiquis peritiores sciunt, non solum ipse consulto abstinui exemplis, quae in eo genere proferuntur, sed etiam tirones moneo, vt huiusmodi consensum Iosephi cum Alexandrinis suspectum habeant. Neque minus in aliis verbis contextum Flavianum ad Versionem Alexandrinam a librariis passim correctum esse nego, modo non dicas, homines illos male sedulos tam curiose hoc fecisse, vt omnes loci abhorrentes ab elegantia graeca suspicionem corruptionis moueant, et emendandi esse videantur. Etsi enim genus dicendi Flavianum, si habitum et totius orationis formam spectes, tam elegans est, vt quam proxime accedat ad similitudinem optimi cuiusque scriptoris Graeci; tamen et verba et formas loquendi notauit, quae si non redolent Hebraismum, fateor, me ingenium linguae Hebraicae nondum satis cognitum habere. Huius generis exempla nonnulla, quae se mihi aliud agenti obtulerunt, proferam, additis verbis Hebraicis et Graecis Alexandrinorum, vt, si qui sorte haec legerint Hebraice Graeceque docti, videant, vtrum Iosepho, aut sua sponte, aut secuto Alexandrinos, Hebraismi exciderint, an librarii lectionem genuinam deprauarint, etsi huic opinioni Excerpta Codd. Hauercampiana his locis omnibus non fauent. Vt igitur nihil dicam de *Ἰωσὴφ εἰρηναῖος* (שלמים) VII. 4. 2. coll. II Sam. 6. 17. 18. et ibid. 13. 4. coll. II Sam. 24. 25. atque aliis verbis facpius obuiss ea significatione, quam Alexandrini hebraizantes iis tribuerunt, veluti *ἔσ* quidam (אחד) *ἰσχυρός* exercitus (חיל) itemque formis loquendi, *τηρεῖν* (נצר) et *Φυλάττειν* (שמר) *ἐντολάς* sine νόμους, *leges seruare*, quarum originem Hebraicam interpretes librorum N. T. praestantissimi dudum agnouerunt, V. 3. 3. Othniel praemium fortitudinis et rerum bene gestarum tulit *ἀρχὴν*, *ἄρτις κήρην τὸν λαόν*, vt regeret ciuitatem Israelitarum, Iud. 3. 10.



10. **לְיָשָׁרִים אֶת-יוֹשֵׁפֶט** LXX. καὶ ἔθηκε τὸν Ἰσραήλ. Nam statim post dicit, καὶ ἀρχῶς cum praefuisset reipublicae, quo vocabulo alibi vtitur de magistratibus illis, quos vulgo non bene vocant *Iudices*, melius *Suffetes* siue *Diclatores* dixeris, veluti de Simfone V. 8. 12. ἀρχωντος τῶν Ἰσραηλιτῶν. cf. Iud. 15, 20. **יוֹשֵׁפֶט**. Ibid. 9. 1. Orpha et Rutha appellantur **נְרָמָה** h. e. *nurus* Noomes, haud dubie ex vsu loquendi Alexandrinorum, qui vtramque significationem vocis Hebraicae **כלה** sponsa et *nurus* eodem vocabulo exprimunt 5) et Ruth. 1, 6. **כַּלְתֵּיהָ** vertunt **נְרָמָה** αὐτῆς. VI. 13. 4. Dauides ἀναστὰς ἀποπέμνει μὲν τὴν **πτερυγα** (oram siue laciniam) τῆ ἡματιᾶς μόνον ἃ ὁ Σαῦλος ἀμπερῆ **χεῖρα**. I Sam. 24, 5. **וַיִּקַּם דָּוִד וַיִּכְרַת אֶת-כַּנְהַתְמַעִיל אֲשֶׁר-לְשָׂאוֹ** LXX. καὶ ἀνέστη Δαυὶδ καὶ ἀφέλε τὸ πτερόγονον τῆς διαπλάκῃος τῆ Σαῦλ. Alterum Hebraïsmum 6) paullo post emendat, verbo elegantiore vsus, dum narrat ea, quae leguntur v. 12. ostendens autem τὸ βέβαιος: alterum, ex quo homines surgere dicuntur, antequam opus aggrediantur, neque infra fugit VII. 8. 1. vbi Amnon Thamaram iubet ἀναστᾶσαν ἀπιέναι. II Sam. 13, 15. **כִּי-לָכִי קָוִי לָכִי** LXX. ἀνάστηθι, (καὶ) πορεύε. VII. 7. 3. Deus dicitur Dauidem **ῥύσασθαι ἐκ τῶν Σαῦλε χερῶν**, liberaffe periculis. quae ei impendebant a Saulo hoste. II Sam. 12, 7. **הַצַּלְתִּיךָ מִיַּד שָׂאוֹל** LXX. ἐρῆυσάμην σε ἐκ χερῶς Σαῦλ. Eadem forma loquendi, quam Luc. 1, 74. ex Hebraïsmo natam esse, nemo facile negauerit, vtitur infra IX. 8. 5. et c. 9. 2. VII. 13. 2. Dauides dicit, multo melius esse, **εἰς τὰς τῆ θεῶ χεῖρας ἐμπροσθεν ἢ τὰς τῶν πολεμίων**, se Dei potestati permittere, quam hostium. II Sam. 24, 14. **כַּפְּרָה-נָּא** LXX. ἐμπροσθεν δὴ εἰς χεῖρας κυρίου. VIII. 7, 6. <sup>Ad-</sup> <sub>gos</sub>

5) Conf. I. F. FISCHERI V. C. not. ad J. LEVSDENI lib. de dialecticis N. T. singulatim de eius Hebraïsmis p. 36.

6) De hoc Hebraïsmo recte dubitari posse propter ea, quae de vsu verborum **πτερυξ** et **πτερόν** apud Graec-

cos notauit CLAVD. SALMASIVS ad Tertulliani lib. de Pallio p. 111. f. docuit me S. F. N. MORVS V. C. cui libenter assentior, etfi, dum haec scribebam, mihi non erat integrum, quae supra dixi, retractare.



ζος (Hebr. דָּרָךְ) ἢ Ἰδεμῖος γένος, ἐν βασιλευσίν σπερμάτων, e stir-  
 pe regia. I Reg. 11, 14. מִזֶּרַע הַדָּרָךְ. LXX. ἐν τῷ σπέρματος τῆς  
 βασιλείας. Sic etiam infra IX. 6. 1. καὶ μηδὲν ὑπολειφθεὶσιν σπέρ-  
 ματα (posteritas זרע) τῆς Ἀχαίβε γενεᾶς, ut familia Achabi funditus  
 extirpetur, etsi Hebraeum II Reg. 9, 7. 8. non זרע, sed בית אחאב  
 habet. Ibid. Iehus iussu diuino constituitur rex Israëlitarum, ὅ-  
 πως ἐκδικήσῃ τὸ αἷμα τῶν προφητῶν, τῶν ὑπὸ Ἰεζαβέλῃς παρονομίας  
 ἀποθανόντων, ut ulciscatur caedem prophetarum, a Iezabela iniuste in-  
 terfectorum. II Reg. 9, 7. וְנִקְמְתִי רִמְיָה הַנְּבִיאִים. LXX. καὶ ἐκδι-  
 κήσεις (non quo legerint וְנִקְמְתִי, sed quia praecedit וְהִכִּיתִי) τὰ  
 αἵματα — τῶν προφητῶν. Ibid. §. 6. Iehus arcessiuit Baalis,  
 Deatri Tyriorum, sacerdotes, vates et δέλεος cultores. II Reg. 10,  
 19. f. עֲבָדוּ הַכַּעֲלֵי LXX. τὰς δέλεος τῶν Βααλ. XI. 1. f. Deus di-  
 citur παρορμήσαι τὴν Κύβε ψυχῶν, impulsisse Cyrum, ut Iudaeis ven-  
 nam daret redeundi in patriam. II Chron. 36, 22. et Esdr. 1, 1.  
 שָׁרַף הַכֹּרֶס הַיְהוָה אֶת-רֹחוֹ הַקֹּדֶשׁ LXX. ἐξήγαγε κύβητος τὸ πνεῦμα Κύ-  
 βης. Haec igitur non obscura Hebraismi vestigia videns, interdum  
 haesi in emendationibus Flauianis a ION. AVG. ERNESTO, Vi-  
 ro Summo, propositis Exercit. Flauian. I Coroll. de stilo Iosephi  
 p. 36. sqq. quarum viam iam ita examinabo, ut bona cum venia  
 tanti Viri dissensus mei causas ingenue proferam. XII. 7. 3. Iu-  
 das Macc. iubet suos spem ponere in Deo, et τῶν ἱερευσιν τῶ  
 πατριῶ νόμῳ, σάικας περιδεμένους, καὶ τὸ σύνθημα αὐτῶ σχῆμα τῆς  
 ἱερείας παρὰ τὰς μεγάλας κινδύνους ἐπιδείξαντας, τῶν δυσωπτήσων  
 etc. Primum ei, quod Vir Summus negat p. 38. Graecos intelli-  
 gere potuisse, quid esset σάικας περιδεμένους: esse enim istum morem  
 loquendi et vestimenti se hebraicum: ob stare videtur exemplum Nine-  
 vitarum, qui commoti auctoritate Ioaac cilicia induunt יוֹלְבָשׁוּ שִׂיקִים  
 Ion. 3, 5. Addit Vir S. V. cum Iosephus illum supplicantium habi-  
 tum, generali aliqua formula, τὸ σύνθημα τῶν πατριῶ νόμῳ σχῆμα τῆς  
 ἱερείας, satis expresserit, quorsum opus praemittere σάικας περι-  
 δεμένους, atque hinc coniicit, ea verba, ab aliquo in margine adscripta, in tex-  
 tum venisse. Ego vero haud cunctanter affirmauerim, ab ipso Io-  
 sepho ista expressa esse e verbis καὶ περιεβάλλοντο σάικας, quae,  
 si BOSIO fides habenda est, in exemplis omnibus leguntur I Mac-  
 cab.



cab. 3. 47. Hoc ne temere dixisse videar, transcribam locum huius profus similem. X. 1. 3. Hiskias ἀμφισάμενος σάνκτες, καὶ σχήμα ταπεινὸν ἀναλαβὼν, τῷ πατρὶα νόμο πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον τὸν θεὸν ἠέτερε. II Reg. 19, 1. קִשְׁיָהוּ לִי לִי LXX. καὶ περιεβάλετο σάνκον. Omnino autem animaduerti, Iosephi hunc fuisse morem, vt verbis et formis loquendi Hebraismum redolentibus adderet alia explicandae sententiae causa, vt VII. 15. 9. ἀδελφοὶ (h. e. ῥομιλατες. Dauides enim alloquitur principes Israelitarum I Chron. 28, 2. ἄδελφοί μου) καὶ ὁμοειδείς. Sic quoque VI. 6. 3. vbi assentit Viro S. R. in eo, quod καὶ ταῦτ' ἕναμα (pro ἑν αἵματι) κατήσθιον legendum esse censet p. 37. permutantur formae loquendi, πρὶν ἢ τὸ αἷμα καλῶς ἀποπλύνει καὶ τὰς σάρκας ποιῆσαι καθαρὰς, ἐσθίειν, et τὰ κρέα σὺν τῷ αἵματι (ita Alexandrini interpretantur Hebr. דָּוָה עַל I Sam. 14, 32. 33. 34.) δάκνυσθαι. Accedit, quod et alibi nihil veritus offensionem Graecorum et Romanorum hunc ritum lugentium et supplicantium commemorat, vt VIII. 13. 8. (coll. I Reg. 21, 27.) Achabus dolens de peccatis admisis σακκίὸν ἐνδυσάμενος γυμνοῖς τοῖς ποσὶ διήγεν κ. τ. ε. et VII. 13. 3. Dauides σάνκον ἐνδεδυμένος Deum supplex oravit, vt pestem a populo auerteret I Chron. 21, 16. atque iis adeo locis, vbi exempla Hebraica et Graeca eum hac de re non diserte admonebant. Israelitae, vt hoc vtar, inducuntur post cladem Aiensem σάνκτες ἐπενδύντες τοῖς σοδαῖς V. 1. 12. coll. Iof. 7, 6. et Dauides πεσὼν ἐπὶ σάνκτες κατὰ γῆς ἔκρητο, τὸν θεὸν ὑπὲρ τῆς τῆ παιδὸς ἡπετεύαν σατηρίας VII. 7. 4. cf. II Sam. 12, 16. Coepi etiam dubitare, an I. 11. 4. pro εἰς σήλην ἀλῶν μετέβαλεν (LXX. καὶ ἐγένετο σήλη ἀλός, מַלְחָה נִצִּיב וְחַוִּי Gen. 19, 26.) cum Viro S. R. p. 36. rescribendum sit εἰς σήλην ἀλατίνην, cum legerem VI. 8. 1. Deum Samueli dedisse ἀσφαλείας ὁδὸν viam securitatis h. e. fecisse, vt saluus perueniret Bethlehemum, siue in itinere tutum praestitisse ab insidiis et periculis, quae sibi a Saulo impendere putabat I Sam. 16, 2. et VIII. 5. 3. Hiramum Salomoni donasse ξύλα κέδρε καὶ πίτυος materiam cedrinam et pineam I Reg. 9, 11. quo loco Alexandrini Hebraica עֲצֵי אֲרָוִים עֲצֵי בְרוֹשִׁים et elegantius interpretati ξύλα κέδρωα et ξύλα πεύκωα librariis occasionem inter-



interpolandi Iosephi dare non potuerunt. Neque tamen haec eo consilio a me disputata sunt, vt aut Iosephum eiusque vindicem doctissimum reprehenderem, aut omnino negarem, Archaeologiam Flauianam multis locis ad Versionem Alexandrinam a librariis correctam esse, quod quemlibet vel inspectio contextus Hauercampiani docebit, atque ipse, si iam hoc agerem, multis exemplis ostendere possem. Vnum commemorasse suffecerit. VII. 9. 6. Absalomus μετακαλέσται τὸν Χοσι, τὸν Δαυὶδ ἀρχιφίλον, pro quo HAVERCAMPVS recte edidit φίλον. Sic enim antea locutus est Iosephus §. 2. et 5. Ἀρχιφίλον, quod habent exempla vulgaria, veluti Ittigianum, a librariis, vt opinor, effictum est ex ἀρχιεταῖος, quod in Versione Alexandrina legitur II Sam. 15, 32. et 16, 16. Quo quidem loco si quis Hebraica חושי הארכי רעה דוד (Int. Vulgat. Chusai Arachites amicus David) contulerit cum Graecis, Χοσι ὁ ἀρχιεταῖος Δαυὶδ, facile sentiet vitium scripturae vulgatae, quod peperit incuria librariorum, verba quae seiungenda erant coniungentium. Recte Edit. Complut. vtroque loco habet: ὁ ἀρχιῖ ἑταῖρος Δαυὶδ, etsi priori verba ἑταῖρος Δαυὶδ non ex Hebraeo expressa sunt, sed a librariis e v. 37. huc traducta. Sed de his interpolationibus aliud fortasse fuerit tempus dicendi. Videamus iam, an librarii pari ratione Versionem Alexandrinam Iosepho consentientem reddiderint. Atque facile quidem hoc fieri potuisse, non negabunt, qui sciunt, in marginibus Codd. MSS. Versionis Alexandrinae, quibus vsus est MONTEFALCONIVS in colligendis Hexaplorum Origenianorum reliquiis, passim interpretationibus Aquilae, Symmachi etc. immista esse verba Iosephi, siue huic diserte tribuantur, vt I Sam. 24, 4. I Reg. 12, 10. etc. siue aliis certis incertisue auctoribus. Quae negligentia librariorum quam saepe in fraudem impulerit MONTEFALCONIVM, aliquot exemplis demonstrare, non alienum fuerit ab instituti ratione. II Sam. 8, 7. ad Hebraica שלשי ההד scuta aurea profert e Cod. Coislin. 2. verba Aquilae, πανοπλίας, et Symmachi, Φαρέτρας Χρυσῆς, atque in not. monet, tres (duas antea attulerat e Cod. Regio) easque diuerfas h. l. exflare Aquilae interpretationes eiusdem vocis Hebraicae. Quod commentum euanesceat, simulac videris Iosephum



phum VII. 5. 3. vbi rem narrat, de qua II Sam. I. I. exponitur, scripsisse: *καὶ τὰς τε χρυσᾶς Φαρέτρας καὶ τὰς πανοπλίας, αἷς οἱ τῷ Ἀδάδου σαματοφύλακες ἐφέρον, ἀνέθηκε τῷ θεῷ εἰς Ἱεροσόλυμα.* II Sam. 24, 22. ignotus ille interpres, cuius verba e Cod. Coislin. 2. ducta, *καὶ τὰ ἄροτρα*, equidem ad Hebr. **והמרנים** et *tribular*, LXX. *καὶ οἱ τροχοί*, referre malim, quam cum MONTEFALCONIO ad **וכלי הבקר** et *iuga boum*, LXX. *καὶ τὰ σιεύη τῶν βοῶν*, haud dubie est Iosephus, qui dum VII. 13. 4. Araunam Davidi dicere iubet, se *καὶ τὴν ἄλω, καὶ τὰ ἄροτρα καὶ τοὺς βόας εἰς ὀλοκαύτωςιν χαρίζεσθαι*, more suo non premens verba Hebraica, sed eorum lenium utcunque reddens, *tribulis* substituit *aratra*, fere vt supra c. 8. 3. coll. II Sam. 13, 29. pro *mulis* posuit *equos*. Vnde simul apparet, quo loco habendum sit illud glossema, et quam temere quis hinc eruat lectionem a vulgata discrepantem, **מוחרשות** et *uomeres*. Neque aliter iudicandum esse opinor de verbis II Reg. 11, 10. *Ἄλλ. τὰς Φαρέτρας καὶ τὰ δόρατα*, in quibus alii coniecturis nimis indulgentes fortasse viderint vestigia scripturae a nostra diuersae, **התליים** (cf. Gen. 27, 3. **תליך** LXX. *τὴν Φαρέτραν*) pro **השליים**; ego vero, prorsus abhorrens ab eiusmodi coniectura, Iosephi manum agnosco, qui sensum loci laudati sic expressit IX. 7. 2. *ἀνοίξας δὲ Ἰωδαος τὴν ἐν τῷ ἱερῷ ὄπλοθήκην, ἣν Δαυίδος κατασκεύασε, διεμέρισε τοῖς ἑκατοντάρχαις ἅμα καὶ ἱερεῦσι καὶ Λευίταις ἅπανθ' ὅσα εὗρεν ἐν αὐτῇ δόρατά τε καὶ Φαρέτρας, καὶ εἴ τι ἕτερον εἶδος ὄπλου κατέλαβε.* Sed idem locus secundi libri Regum, vbi Editio Complutensis e Iosepho, me iudice, interpolata habet verba illa ignoti cuiusdam, vt MONTEFALCONIVS opinabatur, interpretis, me admonet, vt illuc redeam, vnde aberravit oratio. Institutum nobis erat demonstrare, verba Iosephi passim irrepisse in Versionem Alexandrinam. Quod etsi vix vereor ne mirum et nouum videatur intelligentibus harum rerum arbitris, tamen iis, qui ignorant, deprauationem Versionis Alexandrinae magna ex parte deberi temeritati librariorum, qui verba Aquilae et reliquorum interpretum in margine scholiorum loco posita in contextum intulerint, rationem huius coniecturae meae ita reddendam esse puto, vt exempla nonnulla huiusmodi interpolationum commemo-



memorem. Genes. 6, 2. a scriptura vulgata: ἰδόντες δὲ (Ed. Complut. et Cat. Niceph. addunt οἱ) οἰοῦντο τοῦ θεοῦ (בְּנֵי-הָאֱלֹהִים) τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ὅτι καλὰί εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας κ. τ. ε. Cod. Alexandrinus, si *vos*io credimus, solus ita dissentit, vt pro οἱ οἰοῦντο τοῦ θεοῦ habeat οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ, atque sic olim in libris nonnullis scriptum fuisse, monet CYRILLVS Caten. Niceph. T. I. p. 129. qui hanc lectionem recte repudiat. Inuecta enim est, si quid video, e Ioseph. Ant. Iud. qui, vt Graecorum fabulas de Gigantibus conciliet narrationi Mosaicae de Cainitis, sponte aberrans ab Hebraeo commentum Iudaicum 7) narrat I. 3. 1. πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι θεοῦ, γυναῖξί συμμυγνέντες, ἰβριταῖς ἐγέννησαν παῖδας κ. τ. ε. Caeterum si viris doctis se non probauerit haec coniectura de origine spuriae illius lectionis, quippe quam ante Iosephi aetatem Philonem 8) in exemplis Graecis reperisse dicent, etsi, vt equidem opinor, vterque sua ex alio fonte impuro hausit: tirones certe admonebit, vt hic de Iosephi cum Alexandrinis consensu dubitent, cum praesertim idem Cod. Alexandrinus sibi ipse repugnans v. 4. non dissentiat a libris reliquis in verbis οἱ οἰοῦντο τοῦ θεοῦ, quod non leue argumentum est interpolationis. Iud. 16, 7. Codex Oxoniensis, ἐὰν δῆσωσί με ἐν ἑπτὰ κλήμασιν pro νευραῖς siue νευραῖς, et v. 8. κλήματα pro νευραῖς siue νευραῖς, quae est lectio vulgata propius accedens ad Hebr. יַרְרִים *farres, restes*, mire consentit cum Iosepho, qui vtpote historicus, non interpres adstringens se ad certa verba, sensum orationis salva lectione vulgata sic expressit V. 8. 11. εἰ κλήμασιν ἑπτὰ δεθεῖν ἀμπέλινος, ἐτι καὶ περιειλίσθαι δυναμένοις — (v. 8.) κατέδει τοῖς κλήμασιν — (v. 9.) ὃ δὲ ῥήζας τῶ κλήματα, etsi haud dubie erunt, qui eum שַׁרְרִים *palmites* legisse dicant, praesertim si ignorent, antiquos vitibus ad vincula vfos esse: vnde FLORVS III. 20. 4. vitiginea vincula commemorat. I Sam. 8, 11. vbi omnes libri

7) Conf. LVD. CAPPELLI Exercit. ad locum Zoharis adiectam Diatribae de veris et antiquis Ebraeorum Iiteris. Amst. 1645. 12. p. 287. f.

8) Lib. de Gigantibus p. 284. et quod Deus sit immutabilis p. 293. Edit. Francof.



libri apud ROSINUM habent: τὸς υἱὸς ὑμῶν λήβεται καὶ θήσεται αὐτοὺς ἐν ἀρμασιν αὐτοῦ (במרכבתו) καὶ ἐν ἵππευσιν αὐτῶ, scriptor Catenae Nicephori, vt oratio esset concinnior, ponet in aurigis et equitibus h. e. iubebit esse aurigas et equites, refinxit lectionem vulgatam ad verba Iosephi VI. 3. 5. γινώσκετε γὰρ, ὅτι πρῶτον μὲν ὑμῶν ἀποσπάσσει τὰ τέττα' καὶ τὰ μὲν αὐτῶν ἀρματηλάτας εἶναι κελεύσουσι, τοὺς δ' ἵππεῖς, sic vt pro ἐν ἀρμασιν αὐτοῦ scribe- ret ἐν ἀρματηλάταις αὐτοῦ. I Sam. 9, 16. αὐρίον ἀποσελά πρὸς σὲ ἄνδρα ἐκ γῆς (צרח) Βενιαμίν. Sed Ed. Aldina, ἐν Φυλῆς Βενιαμίν, et Cat. Nicephor. ἐκ τῆς Φυλῆς Βεν. praeunte Iosepho VI. 4. 1. πέμφεν γὰρ αὐτὸς τινὰ νεανίσκον ἐκ τῆς Βενιαμίνιδος Φυλῆς. I Sam. 28, 14. vbi Hebr. יָקָן שֵׁן senex neque lectio vulgata ἄνδρα ὄρθρον, neque ab hac aberrans Cod. Alexandrini ἄνδρα ὄρθρον conciliari potest, Edit. Complutensis habet γέροντα, quod ego quidem a Iosepho potius, quam Alexandrinis profectum esse conicio vel propterea, quod hi יָקָן locis propemodum innumeris vertunt πρεσβύτερος, tribus tantum Iobi et Proverb. Salom. γέρον, apud illum autem VI. 14. 2. saga Endorensis Saulo ostendit, se vidisse γέροντα μὲν ἦδη καὶ ἔνδοξον. Reliqui interpretes Graeci, e quo- rum versione hoc vocabulum in Edit. Complut. irrepsisse forsitan aliis videatur, יָקָן reddiderunt πρεσβύτερον, vt patet e nota hexa- plari, quam MONTEFALCONIVS e Cod. Coislin. 2. protulit. II Sam. 17, 9. Edit. Complutensis a lectione vulgata, ἰδοὺ γὰρ αὐ- τὸς νῦν κέρυπται ἐν ἐνὶ τῶν βουνῶν (forte leg. βαθύνων) ἢ ἐν ἐνὶ τῶν τόπων, ita discrepat, vt pro ἐν ἐνὶ τῶν βουνῶν habeat ἐν ἐνὶ τῶν αὐ- λῶων. Neutrum conuenit Hebr. כַּחַת הַפְּתִיחַ in fouea quadam. Nam כַּחַת alibi ab Alexandrinis redditur βάθυνος, veluti infra c. 18, 17. quo loco vt appareat, vnde ortum sit διττογραφοῦμενον, eis χάσμα (vocabulum Alexandrinis inusitatum) μέγα — eis τῶν βαθύνων τὸν μέγαν, conferenda sunt verba Iosephi VII. 10. 2. καὶ τὸν μὲν eis χάσμα βαθύ καὶ ἀφανὲς ἔβηαντες, sed αὐλῶων nullis respondet Hebr. אַי in Verf. Alexandrina I Sam. 17, 3. et Ioseph. VI. 9. 1. Hinc mihi in mentem venit suspicari, αὐλῶων, quod MONTEFALCONIVS ignoto cuidam interpreti tribuit, esse glossa fema ductum e Iosephi VII. 9. 6. qui, etfi verbis discrepans, tamē



men sententia congruens, Hebraica כחה עתה הוא נחמה כחה (Int. Vulg. forsitan nunc latitat in fo-  
 veis, aut in uno quo voluerit loco) suopte ingenio bene explicat:  
 ἢ εἰς τινα τῶν αὐλων αὐτὸν ἀποκρύψει, ἢ πρὸς πέτρα τῷ λοχί-  
 σε. In numeris quoque et nominibus hominum locorumque pro-  
 priis librariorum Versionem Alexandrinam in concordiam cum Iose-  
 pho redegisse, exemplis docere non difficile fuerit. II Sam. 8, 5.  
 (coll. I Chron. 18, 5.) vbi in libris Hebraicis et Graecis dicantur  
 caesa esse Syrorum *viginti duo millia*, Cod. Alexandrinus enumerat  
 ἑξήκοντα χιλιάδας, vt Iosephus VII. 5. 2. ἔπεσον γὰρ ὑπὸ τῶν Ἑβραίων  
 ἀναιρούμενοι τῆς Ἀδάδου δυνάμεως δισμύριοι. Quem consensum si  
 quis concordiae librarii, qui nescio quo casu neglexerit verba καὶ  
 δύο, tribuere maluerit, quam consilio interpolandi, non admodum  
 refragabor, sed quaeram, an forte fortuna factum sit, vt II Sam.  
 18, 11. pro δέκα ἀργυρίου (דעס דערשע *decem siclos*) in Edit. Aldi-  
 na et Catena Niceph. scriberetur πενήκοντα σίκλους ἀργυρίε. Hic  
 enim interpolationem arguit duplex interpretatio vocis Hebraicae  
 דעס, quam Iosephus, dum sic loquitur VII. 10. 2. καὶ πενήκον-  
 τα σίκλος ἀν' αὐτῷ δεδακέναι τὸ στρατηγὸν Φήσαντος, εἰ βαλὼν ἀ-  
 πέκτενε τὸν Ἀβεσάλωμον, reddit σίκλον, sed Alexandrini ἀργυ-  
 ρίου. II Sam. 24, 9. libri Hebraici et Graeci enumerant Israēli-  
 tarum *offingenta millia*, Iudaeorum *quingenta millia*. Sed in  
 Catena Niceph. cui simile exemplum olim usurpauit THEODO-  
 RETVS 9) Quaest. in h. l. Opp. T. I. p. 452. ed. Hal. recensentur  
 Israēlitarum *ἑνεακόσια χιλιάδες* et Iudaeorum *τετρακόσια χιλιά-  
 δες*, quod prorsus conuenit cum narratione Iosephi VII. 13. 1.  
 ἢν δὲ τῶν ἄλλων Ἰσραηλιτῶν ἀριθμὸς ἐνενήκοντα μυριάδες — ἢ  
 δὲ Ἰὺδα Φυλὴ καὶ ἑαυτὴν τεσσαράκοντα μυριάδες ἦσαν. II  
 Sam. 23, 11. etfi ab Alexandrinorum sententia, qui Hebraica  
 יעסן

9) Hinc obiter emendo vitium MON-  
 TEFALCONII, qui, dum ad h. l. pro-  
 fert notam Cod. Coislin. 2. e compen-  
 dio scripturae (Θ) male intellecto tra-  
 dit, *Theodotionem* auctorem esse huius  
 lectionis ab Hebraeo aberrantis. *Theo-  
 doretum* nominare debebat, cui plures  
 notas hexaplares debent librarii Codd.  
 quos MONTEFALCONIVS excussit, vt  
 alio loco ostendam.



η̄η̄η̄ ο̄η̄η̄η̄ ο̄η̄η̄η̄ interpretantur, καὶ συνήχθησαν οἱ ἀλλο-  
 φυλοὶ εἰς Θηρία (cf. v. 13. vbi iidem interpretes ο̄η̄η̄η̄η̄ η̄η̄η̄  
 vertentes τὰγμα τῶν ἀλλοφύλων, confirmant vulgarem opinio-  
 nem de vocabulo η̄η̄η̄, quo *agmen* significari volunt) Iosephus VII.  
 12. 4. eandem rem his verbis narrans: εἰς τόπον Σιαγόνα  
 λεγόμενον αὐτῶν (scil. Παλαιστίνων) παρασταζαμένον, ita discessit,  
 vt η̄η̄η̄<sup>10</sup> quasi legendum sit η̄η̄η̄ ad *Lechi*, crederet esse no-  
 men proprium loci, cuius mentio fit Iud. 15. 14. 17. 19. coll. Io-  
 seph. V. 8. 8. tamen librarii huic illos reconciliare studuerunt.  
 Nam in exemplo Complutensi pro εἰς Θηρία legitur ἐπὶ σιαγόνα  
 quae in margine Cod. Coislin. notata reperit I. I. GRIEVBAL-  
 CHIVS V. C. Vid. Repertor. Bibl. et Orient. Lit. P. II. p. 238.  
 Atque nescio, an huc iure referendi sint cum multi alii loci, mihi  
 non temere suspecti ob miram inconstantiam non libroriorum, sed  
 auctorum Versionis Alexandrinae, si quidem sana est lectio libro-  
 rum vulgatorum omnium, tum imprimis ille, quem iam diligen-  
 tius examinare constitui, vbi antea proposuero quandam coniectu-  
 ram meam, forsitan paullo audaciorē, quippe mera possibilitate,  
 vt hoc verbo utar, nixam, neque tamen ab his temporibus alicu-  
 nam, quibus multi opinionibus nulla fere dote nisi nouitatis specie  
 se commendantibus valde delectantur. Scilicet non absurdam pu-  
 to suspicari, Versionem Alexandrinam, quam variis modis a libra-  
 riiis contaminatam atque deprauatam peruenisse ad aetatem nostram  
 fatentur, verbis Iosephi interpolatam esse iis adeo lo-  
 cis, vbi nunc certe non est talis inter libros dissensio, qualem in  
 exemplis antea commemoratis animaduertimus, et fraus inter-  
 polatorum fere nulla sui vestigia praebet, quibus deprehendi et  
 argui possit. Non dissentiunt inter se, vt iam ad locum illum veniam,  
 Codices, quorum diuersas lectiones BOSIVS collegit, in verbis  
 Genes. 46. 28. 29. τὸν δὲ Ἰσδαν ἀπέστειλεν ἔμπροσθεν αὐτῆς πρὸς Ἰω-  
 σήφ συναντῆσαι αὐτῶ καθ' Ἡραῶν πόλιν, εἰς γῆν Ῥαμεσσή. Ζευ-  
 ξας δὲ Ἰωσήφ τὰ ἀεματά αὐτῆ, ἀνέβη εἰς συνάντησιν Ἰσραὴλ τοῦ  
 πατρὸς

10) Conf. SAM. BOCHARTI Hic. tozoic. P. I. L. II. c. 15. p. 200.



πατρὶ αὐτῆ, καὶ Ἡρώων πόλιν, quae intacta ab omni corruptela  
 esse, mihi nondum est persuasum. Quamquam enim concedo,  
 hos interpretes in eo, quod dicunt συναντήσαι αὐτῶ, sic aberrasse  
 a scriptura vulgata, ut pro לפניו ליהורוהו ut certiorē faceret Iose-  
 phum de aduentu suo, legerent לקרות לפניו ut occurreret ei; tamen  
 tantum abest, ut ea quae sequuntur, καὶ Ἡρώων πόλιν εἰς γῆν Ῥα-  
 μεσση, Hebraicis גשן יוכאן ארצה גשן in Gosenitidem: quo cum  
 venissent Iacobus eiusque familia, eadem ratione conciliari posse  
 credam, ut equidem hic manum interpolatorum agnoscere malim,  
 quorum alter lacunam Versionis Alexandrinae (neglectum enim  
 erat, nescio quo casu, praeter vocabulum, quod responderet τῷ  
 גשן, hemistichium secundum v. 28.) expleverit glossmate e c.  
 47, 11. ducto, εἰς γῆν Ῥαμεσση, alter verbis Iosephi, καὶ Ἡ-  
 ρώων πόλιν. Hunc enim, dum rem sic narrat II. 7. 5. μαθῶν δὲ  
 Ἰωσήπος παραγενόμενον τὸν πατέρα· καὶ γὰρ προλαβὼν Ἰδαίος ὁ  
 ἀδελφὸς ἐδήλωσεν αὐτῶ τὴν ἀφίξιν ὑπαντησάμενος ἔξεισι, καὶ  
 καὶ Ἡρώων πόλιν αὐτῶ συνέβαλεν, secutum esse Alexandrinos,  
 nego propterea, quod in tuenda lectione vulgata לפניו ליהורוהו  
 contra hos consentit cum Symmacho, δηλώσαι αὐτῶ, Aquila, Φω-  
 τίζεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῆ, et Int. Vulg. ut nunciaret ei, ut nihil  
 dicam de verbis reliquis, quibus narrationem Mosaicam ab Alex-  
 andrinis obscuratam egregie illustrat. Cum porro attentos lecto-  
 res fugere non possit, hunc Iosephi morem fuisse, ut accuratius  
 definiret περιβάσεις locorum, apparet, quare nomini regionis  
 (Gosenitis), in qua Iosephus in Ierusalem patrem incidisse dicitur  
 Gen. 46, 29. substituerit nomen urbis (Heroopolis). Quod si  
 quis concedere noluerit, ratus Iosephum Alexandrinis debere ver-  
 ba καὶ Ἡρώων πόλιν, eum rogamus, ut nobis dicat, unde ille di-  
 dicerit nomina Graeca urbium Aegypti, quae non exstant in Ver-  
 sione Graeca v. c. Letopolis et Babylon II. 15. 1. coll. Exod.  
 12, 37. 13, 20. סכס סוכωθ, et quid tandem hos impulerit,  
 ut, cum גשן Gen. 45. 10. 46, 34. 47, 1. 4. 27. 50, 8. scri-  
 pserint literis Graecis Γεσέν (etsi hoc librariorum vitio plerumque  
 mutatum est in Γεσέμ) גשן Gen. 46, 28. 29. redderent καὶ  
 Ἡρώων πόλιν. Nam Heroopolis est ea Gosenitidis urbs, quam



Moses <sup>11)</sup> appellat פתח Exod. 1, 11. quo loco cum exempla pleraque habeant Περθῶ, Cod. Alexandrin. Πιδῶμ, Edit. Complut. Φιδῶμ, apparet, Alexandrinos nomen Graecum illius urbis ignorasse. His igitur rationibus me adductum esse fateor, ut crederem, verba Iosephi καὶ Ἡρώων πόλιν in margine adscripta primo quidem v. 29. ad Graeca Alexandrinorum ἀνέβη εἰς συνάντησιν Ἰσραὴλ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, vbi sane collocanda erant, deinde etiam v. 28. propter similitudinem qualemcunque verborum συναντήσαι αὐτῷ, loco alieno, a librariis imperitis in ipsum contextum illata esse ita, ut aut lacunam explerent, aut lectionem genuinam loco pellerent. Restat, ut eorum dubitationem tollam, qui contendunt ante Iosephi aetatem verba illa in Versione Alexandrina existisse, quia Philo, quem constat totum ex illa pendere, Libr. de Iosepho p. 563. ed. Francof. sic scripserit: ὁ δ' υἱὸς ἀνάσας· σκοποὶ γὰρ καὶ Φρασηῆς τῆς ὁδῆ πάντ' ἐδήλυν· ἔμαζον τῶν ὀρίων ἀπέχοντι διαταχέων ἀπῆντα τῷ πατρὶ, καὶ κατὰ τὴν καλεσμένην Ἡρώων πόλιν ἐντυχόντες, ἐπιπίπτουσιν ἀλλήλοις. Primum valde vereor, ut doceri possit, Philonem ita e Versione Alexandrina pendere, ut huic omnia debeat, quae praeter Hebraeum tradit. Deinde nihil impedit, quominus credamus, aut Philonem et Iosephum hoc, ut multa alia, quae neque in Hebraicis neque in Graecis exemplis leguntur, ex eodem fonte hausisse <sup>12)</sup>, aut Iosephum imitatum esse Philonem, quod illum non raro fecisse recte monuit BERNARDVS ad multa loca Iosephi. vid. v. c. p. 157. 158. T. I. Ed. Hauereamp. Quid? quod etiam paullo ante §. 2. huiusmodi imitationis vestigia deprehendisse mihi videor in eo, quod narrat, Iacobum multa aduersa reuerentem dubitasse iter in Aegyptum ingredi. Nam Moses quidem, nisi vehementer vexes verba אל-תירא מראה מצימות Gen. 46, 3. nihil de hoc Iacobi timore tradit, sed Philo l. 1. p. 562. Tandem, ut ostendam, quam suspectus mihi sit Iosephi cum Alexandrinis in nominibus hominum et

11) Conf. CHR. CELLARII Notit. urbis antiqui Tom. II. p. 806. ed. Lipsi. 1732.

12) Conf. IOH. AVG. ERNESTI V. S. R. Exercit. Flavian. I. de fontibus Archaeologiae §. 15.



et locorum propriis consensus, ortus, ut videtur, e varia lectione Cod. Hebr. et quantopere dubitem, vtrum Iosephus, an interpolatores Versionis Alexandrinae concordiae istius auctores fuerint, stricim attingam locum I Sam. 5, 10. vbi exempla vulgata pro **רָעָה** habent *eis* Ἀσκαλῶνα et pro **וְהָעִירָא** *ei* Ἀσκαλωνίται, exceptis nonnullis, Complutense diferte laudat BOSIUS, in quae, ut opinor, ex Origeniana recensione venit Ἀσκαλῶνα et Ἀσκαλωνίται. Hic non dubito, quin plerique dicturi sint, non solum Alexandrinos scriptum in suis Codicibus reperisse **וְהָעִירָא** et **וְהָעִירָא**, sed etiam Iosephum VI. 1. 1. in libros Hebraicos incidisse de hac lectione cum illis consentientes, aut hunc saltem suo more illos secutum esse aberrantes a nostro exemplo Hebraico, verum ita, ut, quae de Gathitis narrant auctor libri primi Samuelis et Interpretes Alexandrini v. 8. et 9. plane praetermitteret, a qua sententia me non alienum esse profiteor. Si vero recte se habent, quae de loco laudato Iosephi perite et scienter disputauit IOH. AVG. ERNESTVS V. S. R. Exercit. Flavian. I. de fontibus Archaeologiae §. 26. a quo omnino sic dissentio, ut Iosephum saepius Versionem Graecam, quam Codicem Hebraicum secutum esse credam, haud cunctanter dixerim, pleraque exempla Versionis Alexandrinae a librariis e Iosepho interpolata esse, et, qui hic vestigia variae lectionis in libris Hebraicis viderint, vehementer errasse.

Sed ne longior sit disputatio, quam sinit Prolusionis modus, eo veniamus, quo nos iam officii ratio vocat. Placuit FRIDERICO AVGVSTO, PATRI PATRIAE OPTIMO vel de nostra qualicunque eruditione hoc iudicium facere, vel diligentiae adhuc in erudienda iuuentute Academica positae hunc honorem habere, ut nobis literarum in hac Academia publice docendarum ius potestatemque decerneret. Hoc igitur munus fidei nostrae nuper commissum cum in animo nobis sit adire recitanda Oratione *de laudis et famae studio sapienter regendo*: ea, qua par est, obseruantia rogamus  
 RECTOREM ACADEMIAE MAGNIFICVM, COMITES ILLV-  
 STRISSIMOS, VTRIVSQVE CIVITATIS PROCERES, COM-  
 D 3 MILI-





MILITONES denique GENEROSISSIMOS HUMANISSIMOS-  
QUE, ut nobis pro sua erga nos benevolentia frequentiam praestare,  
atque et actum illum et nosmetipsos favore suo ornare velit. P. P.  
Dom. X, p. Trin. A. C, MDCCLXXX.





VI 216

5. + 24. Juli 2:00

23 = ~~z~~

39 = t.



vd 18

T<sub>2</sub> → 20

VD 17


04.200 n Bd, 7











PROLVSIO  
DE  
JOSEPHI ET VERSIONIS  
ALEXANDRINAE CONSENSV

QVA

AD AVDIENDAM ORATIONEM

A. D. II. AVGVSTI A. C. MDCCLXXX.

H. L. Q. S.

PROFESSIONIS PHILOSOPH. EXTRAORD.

ADEVNDAE CAVSSA

RECITANDAM

INVITAT

IOH. GOTTFR. SCHARFENBERG.

LIPSIAE

EX OFFICINA SOMMERIA.

*H. Prof. Janyol*